



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. Quinam primum transgrediantur praeceptum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

carnalis, vt non verè Deū timeamus. Igitur infirma  
 nostra natura nō potest satisfacere huic legi, & semp  
 accusat nos hęc lex, q̄ Deo nunquā tantū confidi-  
 mus, diligimus & timemus sicut deberemus. Igitur  
 oportet addere legi Euangeliū de Christo, & de remis-  
 sione peccatorū: non possunt corda humana Deo per-  
 feste credere, diligere, & timere, nisi primum intelli-  
 gant Deū placatū esse. Cū igitur terrefacti agnitio-  
 ne peccatorū nostrorum audimus nobis donari re-  
 missionem peccatorū nostrorum ppter filium Dei  
 Iesum Christum, qui pro nobis factus est victima:  
 Hac consolatione eriguntur mentes, & incipiunt cre-  
 dere & confidere Deo, quōd nobis sit p̄pitius: agno-  
 scunt igitur eius misericordiā & statuunt se respici &  
 exaudiri: ideo incipiunt eum diligere. Sunt igitur ve-  
 ri cultus interiores, timor, fides, dilectio: & hęc tria  
 eriguntur per primū Dei p̄ceptum. Quisquis ali-  
 quam creaturam siue in cœlo siue in terra sic timet,  
 confidit & diligit, is ex illa faceret Deum falsum &  
 alienum: quod esset graue peccatum, quod terribili-  
 ter Deus punit, nā dicit Esa. 42. Ego sum Dominus,  
 hoc est nomen meum, gloriā meam alteri non dabo:  
 hoc est, Deus pati non vult, vt aliquid aliud pro Deo  
 habeatur, aut quōd illi diuinus honor exhibeatur,  
 nec in corde, nec in verbis, nec in operibus: Nihil er-  
 go sic timeri, diligi aut in fiduciā poni debet à nobis  
 super omnia: sicut Deus solus noster. Quicunq; igitur  
 Deum alienū quęsierit, & gloriā illam quę soli  
 Deo debetur, illi exhibuerit, is idolum sibi proprium  
 facit. Ideò admonet Apost. & inquit, Nolite effici i-  
 dolatre 1. Cor. 10. id est, in solum verum nostrum po-  
 nite fiduciam, dilectionem & timorem super omnia,  
 vt nihil æquale illi censeatur.

Transgressores huius primi p̄cepti sunt multi,  
 quanuis non velint dici de illis, q̄ habeant Deos alie  
 nos. Et primò sunt illi, qui sic timēt aut signa cœli,

aut



aut infortunium futurum, quòd putant impossibile esse, illos ea effugere posse, aut quòd Deus eos non possit liberare à tali malo: talis creatura statuitur Deo: Sic arguit Iudith sacerdotes, quòd post quatuor dies volebant HOLOferni tradere ciuitatem, Iudith cap. 8. ex timore nimirum illius hominis, quasi Deus eos liberare non posset. Sic arguit Hier. cap. 10. Iudaeos, quòd more Gentium metuebant à signis caelestium, quasi Deus non sit supra sidera & signa caelestia & elementa. Sic aliqui desperant de vita ex graui languore, quasi Deus non sit Dominus vitae & mortis, qui suscitatur mortuos, Ioan. 11. Matth. 9. Sanatur inuitos varios. Sic desperant de frumentis, quasi Deus non dixerit, hæc omnia adijcientur vobis Matth. 3. Tales omnes colunt Deum alienum. Ideò sic cogitare debet, qui verum & vnum colit Deum, quantum hoc mihi sit contrarium, nolo tamen desperare. Sed enim Deus est hoc, nec potest me damnare: timere potius DEVM, qui me potest mittere in gehennam. Matth. 10. non potest mihi capillum de capite tollere: timebo ergo Deum, & si aliquid patiar ex innocentiâ vel propter iustitiam, Dominus benè me liberabit: non potest me custodire, ne hoc infortunium contingat mihi. Psal. 111. Beatus vir qui timet Dominum. Sed cundò quærunt & illi Deum alienum, qui fidem confidentiam suam ponunt super aliquid aliud, totaliter, vt cogitet si ille princeps, ille patronus, illa mercatura mihi fauerit, nihil mihi deerit: tunc quærunt hominem pro Deo, quos maledicit Prophetas Hier. 7. Maledictus, inquit, qui ponit spem suam in homine. Et Dauid ait Psalm. 146. Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum in quibus non est salus. Diues ille qui multa collegerat, dicebat nunc Anima quiesce &c. Lucae 12. Sic dicit Apostolus, Ephes. 5. Auaritiam, idolorum cultum, & Magnitudinem non illorum Deum esse. Igitur fidelis sic cogitare quantum

quan  
mer  
meu  
sed D  
stum  
ab vsu  
res, q  
illud  
iustur  
ventr  
tioner  
volup  
Sed ve  
hanc r  
nec m  
nec sa  
& cola  
& cogi  
de hoc  
us, qua  
inuoca  
la: Ego  
tura, er  
omnia  
sum De  
tur hab

1. Q  
&  
2. Q  
sec  
3. Q  
str



quanuis hic princeps vel homo sit meus amicus, & merces meę fortunatę sint, attramen non sunt Deus meus, nec possunt me saluare, nec de ira Dei liberare: sed Dominus dedit & abstulit: sicut ipsi placuit, ita factum est, Iob. 1. illi soli confidere volo, cessabo ergo ab usura & falso lucro &c. Postremò sunt trāsgressores, qui aliquid aliud sic corde diligit, quòd propter illud facit omnia, quę potest, siue hoc iustum vel iniustum sit, hoc sibi pro Deo est. Sic aliqui diligunt ventrem, & colunt quasi Deum, Phil. 3. nam potationem, comestationem, & quicquid deliciarum & voluptatis corporis, reputant pro summa felicitate. Sed verus cultor vnius Dei cogitat: quare propter hanc rem faciam iniustè? non enim est Deus meus; nec me creauit, nec liberare potest, si malè mihi sit, nec saluare: quare Deum meum in cœlis plus diligā & colam, & solū ad illius obedientiam respiciam; & cogitabo ne illum offendam. Semper ergo in corde hoc ponderare debemus Ex. 20. Ego sum Deus tuus, quasi dicar, Ego tibi benefaciam: si quid deest tibi, inuoca me, & iuuabo te. Si quid indiges, à me postula: Ego sum Dominus Deus tuus, & nulla alia creatura, ergo me timeas, mihi confidas, me diligas super omnia: nolo pati alium qui tibi sit Deus, ego solus sum Deus tuus, potens & misericordia plenus, ne igitur habeas alienos Deos.

## CAPVT II.

## ARGVMENTA.

1. *Quod sit idolum spiritualium, sapientum, doctorum huius mundi, propria scilicet iustitia.*
2. *Quomodo Mammon siue voluptas sit idolum secularium, indoctorum, vulgi.*
3. *Quomodo Deus solus vult inhabitare cor nostrum, & solus illud exigit.*

N

Quanuis